



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quàm grauitèr peccant, qui illos reditus ac testamenta in alium vsum conuertunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

I I I.

Tertiò, verè pauperibus, vt Paulus de viduis senarijs præcipit, 1. Timoth. quinto: Sic illi committuntur cæteri Apostoli, vt memor esset pauperum, Gal. & ipse 1. Cor. 16. inquit: De collectis autè quibus in sanctos, sicut ordinavi in Ecclesijs Galatiarum, vos facite per vnam Sabbathi. Et Christus Math. Pauperes semper vobiscum habebitis. & in hunc modum sunt redditus ordinati hospitalibus leprosis aliorum: Et his tribus hominū generib. propriè tribuentur redditus Ecclesiæ atque testamenta, quæ quasi collectæ, quæ maximè reddi debent & non tenentur à testamentarijs: nam id coram Deo tenentur vt satisfaciant vltimæ voluntati testantiū bonæ Ecclesiæ, sicut etiam in vita sepiùs dederunt. Gal. Hominis confirmatū testamentum nemo infirmus aut reijcit vel addit: & officium est principum, ipsi cõstituunt eiusmodi redditus vel maximè ad Ecclesiam, vt redditus & testamenta Ecclesiæ restantur: idèò vocantur apud Esa. 40. Reges nutricij tui, inquit: Reges erunt nutricij tui, & reginæ nutrices &c. Si quis alius vtitur bonis Ecclesiæ, exceptis dictis personis, is malè vtitur.

2. Secundò, graue peccatum est diripere facultatem Ecclesiæ, & non rursus ad Ecclesiæ vsum & conservationem conferre. Hoc non leue est furtum, sicut in quibusdã nobilibus, qui alienam facultatem Ecclesiæ ad sua rapiunt commoda, nec Ecclesiæ restantur vel ministros vel scholas, immò nec pauperes sed ad solam pompam, luxum & auaritiam committunt, sic hodiè testamenta seruantur: & sit licet passione Christi contigit, vbi milites diuidebantur stimenta Christi, & sortiebatur de illis: ita hodiè principes & potentes partiuntur inter se Abbatias, ministeria, sacerdotia, beneficia, neglecto ministerio pro no, studijs honestis ac pauperibus. Et sic puniuntur peccatum peccato, quia Episcopi & quotquot sunt

officio verbi, aut deberent esse scilicet ministri verbi,
 & hoc negligunt, intenti curis ac negotijs alienis, non
 querentes que Christi, sed que sua sunt, & sic priuan-
 tur suis bonis Ecclesiasticis & censibus: quos raptors
 Ecclesie nobiles, conferunt in priuatos & proph-
 nos vsus: & sic tandem vtrorunq; peruersitate, nempe
 Episcoporum & principum, extinguuntur fides & religio
 Christi, ministerium verbi diuini, cultus Dei, & redit pa-
 ganismus: & sic maior erit eorum poena, nam sanguinem
 omnium pereuntium ab illis exquiret Deus, Ezech. 3.
 Et velle illis qui vel negligunt pauperes in hospitalibus,
 vel census eorum rapiunt ad se, testamenta impediunt,
 horum clamor in celum ascendit, & Deus non obliui-
 scitur clamoris pauperum, Psal. 9. Sed quidam que-
 runt excusationem, dicentes, beneficium a meis proge-
 nitoribus est: conferam igitur aut filio, aut propinquis
 meis, aut ipse seruabo: Alius inquit, conferantur om-
 nes redditus ac testamenta monachorum in vsu Reip.
 quid ad monachos? breui non erunt amplius: Respon-
 detur his, quod scriptura tribuit stipendium & bene-
 ficium ministris verbi, non propinquitati carnis, &
 res semel Deo dicata, in alios vsus conuerti non de-
 bet. Erunt & sunt semper ministri diuini cultus, scho-
 lares, doctores, atque pauperes, qui cum necessitatem
 habeant, ex ijs beneficijs Ecclesie conseruari debent:
 & sic omnium horum testatorum vltima voluntas ordi-
 nata est: si tu nunc ex inuidia vel proprio comodo ho-
 rum voluntatem infringere voles, considera finem. Apo-
 stolus 2. Cor. 9. inquit: Deus hilariter datorem diligit,
 id est, non qui ex tristitia aut necessitate donat aliquid.
 Nam reuocare semel donatum, tristitia est: quando doles
 quod maiores tui fecerint illa stipendia: multo mi-
 nus bona conscientia reperere poteris substantiam Ec-
 clesie, nec in alium vsum commutare, donec sint & erunt
 ministri cultus diuini licet sint monachi, scholares,
 Doctores & pauperes: nam his proprie & iure debetur

R 3

thesau.

thesaurus Ecclesiæ, census & reditus ex vltima voluntate testatorum. Raptoribus autem hæc non concessa.

Tertiò, quia beneficium datur propter officium, scilicet verbi, graui pondere laborant, qui nõ faciunt officio, & negligunt ministeriũ verbi. Oportet igitur vt aut non vtantur beneficijs, aut non negligant officia. Olim Donatistarũ Ecclesijs publici magistratus auferrebant facultates, & transferebãt ad priuatas Ecclesias: qua de re etsi conquerebantur Donatistis disputabant, propter dissensionem dogmatũ nemini rapiendas esse facultates, Augustinus tamen facit beneficium pecuniam Ecclesię esse, ideoq; rectè per magistratus eripi his, qui non pertinerent ad Ecclesiam, & transferri debere ad veros vsus Ecclesię: nam hoc verum est, vt qui laborat, manducet: sed & hoc verum est, primũ probetur, an falsus sit ille cultus quem auferunt Ecclesię, quę sic priuantur suis facultatibus sit ibi iustitia, non inuidia, nõ hæresis. Ecclesia publica tribuens Christo iustitiam, & seruans aliam religionem, non habet falsum cultũ: igitur qui negligit suum officium, videat: etiam qui facultates auferunt, videant, ne oculus sit nequã: grauer peccatores, peccata pauperũ comedunt & bibunt, vt propheta dicit. Insuper replet Deus benedictione omnes qui conferunt ad conseruationem ministerij & studij, vt patet Haggai 1. Aedificate mihi domũ. Item queritur, Domus mea deserta est, & festinat vt quisq; vt domum suam extruat, ideò prohibuit Malac. 3. Inferte omnem decimam in horreum meum &c Et Prou 3. Honora Deũ de substantia tua &c sunt omnes pmissiones aut maledictiones eorum qui vel conseruant, vel impediunt facultates Ecclesię. Et maledictio ac poena æterna manet eos, qui spoliant & alienant bona Ecclesię: sic punitur Achaz rex Iuda, qui templum Domini spoliauit vasib; caq; con-